



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

439. Item alia epistola.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 197  
sæ nostræ bullare censuimus. Christus pasto-  
rum princeps interventu beati Petri , cui spe-  
cialiter ovile dominicum commissum est , fra-  
ternitatem vestram ad custodiam sui gregis  
dilectæ nobis conservet incolumem. Amen. π. υ.  
A. Π. P. O. C. Υ. Θ. AMHN. Summa horum  
M D X X X I X. Data Treveris Idib. Octob.  
anno dominicæ incarnationis D C C C C V I.  
Indictione nona. π. υ. A. Π. Δ. P. Δ. Θ.

Item alia epistola.

CCCCXXXIX. Reverentissimo & Ivo par. 6.  
sanctissimo Rathbodo sanctæ Treverensis Ec-  
clesiæ Archiepiscopo Dado Vvirdunensis Ec-  
clesiæ devotus gregis Christi famulus in Do-  
mino vero Rege summæ felicitatis beatitudi-  
nem. Cùm sancta catholica Ecclesia prompta  
sit sequi documenta evangelica , quæ dicunt:  
*Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mer-  
cedem Prophetæ accipiet : & qui recipit justum*  
¶ & Apostolus jubeat hospitalitatem secta-  
ri & necessitatibus sanctorum virorum com-  
municare ; tamen \* qui cauteriatam habent  
suam conscientiam , dicentes se esse simplices,  
cùm sint astutia diabolica repleti , & pro opere  
pietatis dicunt se de loco ad locum transfire,  
cùm sint sua malitia faciente fugitivi , & di-  
cunt se esse ministerio sacro insertos , cùm non  
sint , statutum est à sanctis patribus neminem  
Clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo  
Episcopo , & inthronizari in sua Ecclesia , nisi  
habeat à proprio Episcopo epistolam quæ in  
canonibus nominatur formata. Ideo notum  
facimus paternitati vestræ quod præsens fra-

Burchard. lib.  
2. c. 227.

\* Leg. propter  
cos qui caut.

N iij

ter noster harum litterarum portitor , nomine Adruinus , non pro sua nequitia expulsus est à nobis ; sed postulantibus fratribus nostris , eo quod ex familia nostra fuit , dedimus ei libertatem receptam à cornu altaris canonicè , & ordinavimus eum ad gradum presbyterij ; cui etiam has dimissorias sive commendatitias litteras fecimus , & eum ad vestram dilectissimam fraternitatem dirigimus , ut in vestra parrocchia sub vestro sacro regimine & defensione consistere valeat. Ego inquam in nomine II. Patris & I. Filii & A. Spiritus sancti , & in unitate sanctæ Ecclesiæ , in qua Petro datum est jus ligandi atque solvendi , absolvo Dado humilis Episcopus Presbyterum Adruinum de civitate Vvirdunensi Indictione IX. & licentiam do vobis , Rathbode venerabilis Archiepiscopo , inthronizandi eum in quacunque Ecclesia vultis vestræ parrocchiæ. Dilectam paternitatem vestram virtutum floribus insignitam omnipotens Deus conservare dignetur. Amen. P. Y. A. P. D. A. P. D. O. D C C L X X V I I I . Data V. Id. Maij anno dominicæ incarnationis D C C C C V I . Indictione IX.

De ordinatione. Ex epistola Gelasij Papæ.

*Decreta Gela-*  
*si* c. 11.

Ivo par. 6.

c. 74.

\* Leg. id est,  
primi & quar-

C C C C X L . Ordinationes Presbyterorum & Diaconorum , quæ nisi certis temporibus & diebus exerceri non debent , \* quarti mensis jejunio , septimi , & decimi , sed etiam quadragesimalis initij ac mediana quadragesimæ die , sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas ; nec cujuslibet utilitatis seu